





est afferere, quod illo instanti, quo Deus gratiam] suae efficacem largitur, possit gratia huic resistente fieri; & quod praedeterminatio divina necessaria sit, ut huiusmodi resistente fiat. Gratia enim suapte efficax, & praedeterminans nihil obstat libertati. Voluntati namque eadem est, quae ante ei erat, hoc, illudve volendi, & non volendi, faciendi, & non faciendi possibilitas, tum etiam quando efficaciter a gratia movetur, & ad datam quandam actionem est ipsa determinata. Non gratia efficacax est, Dei quae motio, quae possibilitatem praebet; sed dum ipsa gratia facit, ut aliquid homo peragat, in illo tum etiam, cum respicit agit, non agendi possibilitatem conservat. Potest itaque motio non consentire; sed consentium cum non consentio, & cum resistente gratia nequit simul actualiter coniungere. Duo contrarii, aut contradictorii actus nunquam coniungi profecto possunt; fieri enim nequit, quod ego nolim; aut quod eodem instanti velim contrarium illius, quod actualiter volo. At vero actus quicumque potest quidem simul stare cum actum contrarium volendi possibilitate. Sedere, & non sedere, loqui, & filere actus sunt sibi invicem contradictorii; sed sedere, & posse non sedere, loqui, & posse filere duo nequaquam sunt inter se contraria, & posse filere contradictoria. intelligi ergo ulla absque difficultate potest, hominem ad aliquid bonum moveri, ex gr. ad actum amoris Dei, & servare tum etiam libertatem Deum non amandi; licet fieri nequeat, quod Deum eodem tempore diligat, & non diligat. Sic pariter cum iam Deus a tota aeternitate se ad creandum Mundum determinasset; habebat tamen illum temporis initio creans cum non creandi potestatem; eo quod ad illum creandum libere se se determinaverat, illi tamen perfectissimo suae libertatis actu creabat. Nihil tamen minus fieri nullo pacto poterat, quod eodem tempore illum & crearet, & non crearet; hoc enim duo sunt inter se contradictoria (1). Iudici, inquit S. Iohannes, non poterant credere, quia dixit Ihs: Exceperunt oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non viderent oculis; & non intelligant corde, & convertantur, & sanentur. Poterant quidem absolute loquendo Iudaei credere, quia libere clauderant oculos mentis Evangelii lumini, & cordis viscera Jesu Christo, qui ad osium divina sua gratia pulsabat; sed fieri non poterat, quod illi crederent, quia non poterat non adimpleri verbum Domini, quod locutum est Ihs: Propheta dicens (2) Domine quis credidit auditui nostro? Poterant credere, licet caeci essent, & indurati; sed actualis obedientia fidei conjungi non poterat cum eorum cecitate, & duritie. Omnis, inquit S. Iohannes (3), qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Hinc tamen non fit, quod qui natus ex Deo est per gratiam sanctificantem, non possit peccare; sed fieri nequit, quod peccatum cum gratia Dei ipse conjungat, quia solum Dei per adoptionem eundem reddit. Sic etiam fieri non potest, ut Infidelis, cui largitus est Deus gratiam efficacem, & praedeterminantem, quae facit, ut ipse credat, cum obedientia, & gratia efficaci, quae fidei obedit, rebellionis actum conjungat; aut vero deficiendi, linquendo fidem possibilitatem habet, cum & illam amplectitur, & illi obtemperat; libere enim credit. Duo contrarii actus, vel actus ipsam in cordibus eorum, quos ei placet ad se adducere; ipseque volunt, quidquid jubet Deus, quod velint; sed dando illis velle, ut obediant, minime aufert ab eis, qui bonum constantem amant, & agunt, mutabilitatem illam illamve libertatem mutationi subiectam, quae potest non velle, sicut quidam inter priscos Patres agebat. Qui ab obediendo sibi ipsum velle se donat, ut etiam a perseverantibus illam mutabilitatem, quae potest nolle, non auferat. Cum Concilio Tridentino loquimur (4), quando dicimus, liberum arbitrium a gratia Dei motum, & excitatum posse, cum velit, non assentiri. A dubio autem alienum omnino est, RR. PP. mei, Haereticos ab hoc Concilio Canone anathemate percussos gratiam ex se efficacem, & praedeterminantem affirmasse; & in hoc errasse, quod crederent, & dicerent, ab illa libertatem destitui, & liberum arbitrium non posse

(1) Cap. 12. v. 39. & 40. (2) Cap. 53. v. 1. (3) Epist. 1. cap. 3. v. 9. (4) Auctor Librorum de Gentilium Vocatione Lib. 2. cap. 27. & 28. (5) Animadversio in Tridentini Concilii Canonem 4. sess. 6. (6) S. Concilii verba loquuntur Thomista; Haereticorum Molinista. (7) Primum, & alterum P. Danielis argumentum non nisi ex parte repetita sunt argumentorum illorum, quae olim Semipelagianis addiderunt. (8) Primum, & secundum Argumentum. (9) Remonstratores Jesuitarum Rbenensi Archiepiscopo allatae. (10) Mediae scientiae systema libertatem, quin tunc, evenit.

huiusmodi gratiae motioni non assentiri. Sanctum Concilium itaque opinatum, gratiam praedeterminantem esse suapte efficacem, minime haereticos damnavit ob hoc, in quo cum S. Augustino, cum S. Thoma, & cum eorum Discipulis conveniebant; sed ob illud tantum pravum, erroneumque confessarium anathemate illis notavit, quod ipsi ab hac veritate delucebant (6). Porro asserunt cum Concilio Thomista, liberum arbitrium motum, & excitatum ad bonum a praedeterminata gratia suapte efficacem posse, cum velit, ei non assentiri; libere enim & ille assentitur, & cum illa operatur: Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum, & excitatum nihil cooperari assensuendo Deo excipienti, atque vocanti... neque posse dissentire, si velit, anathema sit. P. Daniel vero, vestrique Theologi contendunt, non posse hominem gratiae resistere, neque ad hoc libertatem habere, quocumque Deus gratiam ex se efficacem, & praedeterminantem illi elargitur. P. Daniel ergo, & vestri Theologi, quorum ille factus est Echo, & cogitant, & iudicant, perinde ac haeretici. (7) Eorum ergo est animadvertere, quod possint modo a sibi metipsis damnationem, & anathema Tridentini Concilii accere.

(8) Cum vester P. Daniel probare conatur, gratiam ex se efficacem libertatem destrueret, loquitur non solum ut haereticum ultimo elapsi esset, verum etiam ut Pelagianus, & Semipelagianus. Et intellexeram iam ego, quod non ille ederet nisi milites repetita illorum superioris veteris atatis Gratiae Christi inimicorum argumenta, quibus tanta rationum soliditate & S. Augustinus, & S. Prosper jam responderent. Cum Jesus Christus oravit, ne desisteret fides Petri, quid aliud pro eo precatus est, quam quod liberum, fortissimum, invictissimum, sumissimumque in fide libertatem habere? Et est quomodo voluntatis libertas cum Dei gratia conjuncta, non vero contra gratiam ipsam, defenditur. Valde iniquo hominum non libertate consequitur gratiam, sed gratia patitur libertatem, & ut perseveret, adhibet perseverantiam, & insuperabilem fortitudinem, inquit S. Augustinus Lib. de correptione, & Gratia cap. 9. Epistola vero 157. alias obicit: Tanto (voluntas humana est) liberior, quanto sanior; tanto autem sanior, quanto divina misericordia gratiaeque subiectioni.

Ceterum si difficultas adest, gratiam ex se efficacem cum libertate conciliare; haec tamen difficultas non eo debet nos adducere, ut veritatem deseramus. Homini mens se se humiliter oportet, & propriae imbecillitatem agnoscat, & se non intelligere divina mysteria confiteatur. At vero emanatae naturae homines profecta comperit non minores in systemate vestro, RR. PP. mei, difficultates; & intelligent, libertatem funditus everti a scientia illa media, quae eorum sine scholam vestram uti, ut libertatis iura tueatur, Remonstrantes vestri (9), affirmant.

(10) Haec praesentia est certa, & infallibilis, ut Theologi vestri docent. Haec sors est, & origo certitudinis, & infallibilitatis praedeterminationis, omniumque, qui ab ea dependent, effectuum. Huius ergo praesentiae obiectum certum est, & infallibile. Certum ergo, & infallibile est, voluntatem, cum in his, illiusve occasionibus erit, consenturam esse gratiae, atque bonum illud effecturam, quod facturam eam esse praeviderit Deus, sed decreto non iusserit suae praesentiae anteriori. Determinabitur igitur voluntas infallibiliter actu a Deo praefixo. Porro haec infallibilis voluntatis determinatio non oritur a conditionatorum scientia, quae eam veluti obiectum suum supponit, non a decreto, vel ab actu voluntatis Dei, prout vestri fatentur Theologi, proficiturque; non tandem sequitur ab actu praecedenti voluntatis; possit enim in hoc casu rogare quisque, quomodo esset principium determinationis infallibilis voluntatis ad talem peragendam actionem, idque in infinitum. Haec igitur determinatio ab obiecti natura oritur; naturalis est igitur voluntati; ergo non est libera: omnis enim necessitas, quae ab obiecto sequitur, naturalis est, & absoluta. Foran dicitur, voluntatem se se infallibiliter determinare, quia Deus ei congruentem gratiam elargitur. Sed hac congruentia, haec convenientia, haec proportio gratiae cum voluntate a loco, a tempore, ab occasione, ab indole, ab animi denique statu, in quo homo reperitur, iuxta vestrorum Theologorum opinionem pendet. Hic vero animi

nimi humani status, & circumstantiae haec res profus naturales sunt. Habet igitur voluntatis determinatio causas mere naturales. Ergo Anthes, defensorisque systematis vestri fatalem necessitatem non evitant, quam falso credunt, aeternorum Dei decretorum, & gratiae ex se efficaci esse consequentiam.

Decima quarta P. Danielis Visio est (1), Gratiam ex se efficacem eo quidem pacto Thoma tribuere quod Dei praepcepta observare possint iuxta Thomistarum principia (2), ut ipsa gratia carentes nulla ratione queant ea observare (3). Ex quo fieret, observari nullo modo posse ab iis, licet iustis, praepcepta, qui hac efficaci gratia minime pollerent; vel si eam haberent, illos non posse ei resistere, utpote qui ad resistendum praedeterminationem non haberent physicam. En quo tertium P. Danielis argumentum contra Gratiae ex se efficaci systema accedit.

In hoc quidem Propheta vestro omne aliud praeter Vicentis convenit nomen, Visiones ejus mere illusiones sunt (4). Negamus enim, quod iuxta Thomistarum principia gratia per se efficacax juxta elargiatur, quod adimplere Dei praepcepta possit. Ex sua libertate remotissima habet illa adimplendi possibilitatem, proximam vero a gratia sufficienti; possibilitatem, perfectamque habet ipsa adimplendi, eam ad actum applicans, adeo ut effectus infallibiliter sequatur, ad quem obtinendum haec gratiam Deus destinavit. Et hoc est, quod S. Augustinus possibilitatem cum effectu conjunctam vocat, quam Sanctus suis praebet Deus medicinali sua auxiliatrice gratia (5). Sanata, & adjuva hominis voluntate, possibilitas ipsa simul cum effectu in Sanctis pervenit. Minima gratia, quae bonam voluntatem praebet, debilem tamen, & infirmam, ut eam S. Augustinus vocat, est gratia sufficienti juxta Scholae loquendi rationem, quae supernaturali aliquid pietatis opus facienti possibilitatem tribuit. Nihil tamen haec impedit, quominus major, & fortior gratia necessaria sit ad agendum (6), confirmandamque voluntatem, sicut & ad applicandam possibilitatem agentem ad ipsam actionem, & ad efficiendum tandem, ut bonum ille operetur, qui iam illud operandi possibilitatem habebat. Nec certe necesse est, quod quis Theologus profundus sit, ut hanc veritatem percipiat; quisque enim non omnino mentis impositi illi plane intelligit. Planior tamen exemplis res a me fiet, ut facilius quisque per se veritatem haec agnoscere queat.

(7) Cum Deus Omnipotens sit, potest & alios complures condere Mundos, & absque errore dici nequit, potestatem hanc sufficientem non esse: necessarium tamen est, ut illos creet, eo quod eos creandi ab aeterno decreverit, & hoc decretum, vel hunc voluntatis actum, ut ita dicam, ad eorum creationem ejus omnipotentia admoveat; fecus enim si foret, nunquam eos crearet. Novum cor, cor mundum creare in nobis statuit Deus: non creare vult in Jesu Christo in bonis operibus, quae jam preparavit, ut in eis ambularetur. Sufficientis gratia possibilitatem nobis hoc agendi praebet, nam & lumen spiritui accendit, & voluntatem ad bonum excitat: sed irrita haec spiritualis creatio in nobis erit, nisi potentior, efficacior aderit gratia, quae possibilitatem applicet, quam largitus nobis Deus erat, ut bonum ageremus, & revera efficiet, ut per nos illud efficiat. Quo in loco audiendus est S. Augustinus dicens: Certum est, nos mandata servare, si volumus, sed quia preparatur voluntas a Domino, ab illo petendum est, ut tantum velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus &c. (8) Puer, cuius nutrit & copiosum, & purum lac habebat, potest revera & lac sugere, & alii. Jesus Christus, qui Panis est Angelorum, lac hominum sua factus est Incarnatione. Gratia sufficientis efficit, ut adorabilis huiusce lactis sanctum concipiamus desiderium, istud tamen imperfectum est: illa nos flectit ad divina misericordiae ubera sugenda; sed opus est, ut efficacius admoveat gratia, nosque ad Jesu Christi appropinquat latius, ut bene agens spiritualia degustemus gaudia. Potest quidem avis volitare tum cum alas, ut par est, tenet, eaque bene disposita habeat; at opus praeterea est, ut illas explicet, & quater. Excitat aquila pullos suos ad volandum, illorum desuper ipsa vo-

lat, & eos, ut ita dicam, ad explicandas plumas applicat. Spiritus, & voluntas duo sunt animae nostrae alae, minime ex se ipsis ad nos erga Deum, & supernaturales actiones erigendos aptae, cum divinae gratiae auxilium nobis deest. Moti, excitatque primum a sufficienti gratia, possibilitatem tum vere habemus cursum nostrum ad Deum dirigendi, & pia peragendi opera; at haec possibilitas ipsa debet a fortiori gratia impelli ad actum; a fortiori, inquam, gratia, quae facit, ut spirituales animae nostrae alas explicemus, quibus ad Deum ascendamus, agamusque bonum; & quae voluntatem nostram ad actum applicat, & facit, ut statim voluntatem tota sequatur actio juxta illud D. Bernardi (9) Deus igitur auctor est motus, qui & voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati. Bonum semen in agro sufficit ad triticum, vel plantam, vel arborem producendam: ipsum in se habet veram possibilitatem, veramque germinandi, & producendi virtutem; at nunquam triticum, plantam, vel arborem feret, nisi potentia, virtutisque ejus Sol se adjungat, & nisi Astrorum influxus, & labores, agricolae, vel hortorum cultoris cura addantur: quo in loco audire est S. Augustinum (10) dicentem: Fiant ergo incubationes quaedam conceptionibus similes; non tamen solon concipi, sed etiam nasci opus est, ut ad vitam perveniant aeternam. Porro sufficientis gratia semen est boni operis. In hominis cor diffusa vim, virtutemque veram ei praebet producendi pietatis actum, ad quem Deus illud preparat. Necessarium tamen est, ut Sol justitiae foveat, augeatque huius divini seminis virtutem iterato indurata, potissima, & efficacissima gratia, ut homo ineffabili voluntate pietatis actum producat: Gratia, inquam potissima, & efficacissima, quae non solum efficit, ut veritatem agnoscamus, sed etiam charitatem donat; quae non solum efficit, ut illi, quos Deus secundum propositum voluntatis suae vocavit, bonum cognoscant, quid eis agendum, sed etiam ut illud faciant, quod cognoscunt. Ut alius, inquit S. Augustinus (11) & interiorum cum Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere, non solum per eos, qui plantam, & rigant extrinsecus, sed etiam per seipsum, qui incrementum suum ministrat occidit, ita ut non ostendat tantummodo veritatem, verum etiam imperitiam charitatem. Sic enim docet Deus eos, qui secundum propositum vocati sunt, simul donans, & quid agunt scire, & quid foveri agere. Affirmare igitur vobis, RR. PP. mei, non licet, nisi caeci sitis, non posse iustum praepcepta Dei observare absque gratia ex se efficaci, & absque illa Dei motione, quam praemotionem, physicanque praedeterminationem Thomista appellant. Sufficientis gratia veram justis possibilitatem imperit Dei observandi praebet: Gratia ex se efficaci, voluntatem praevieniens, movens, atque ad bonum determinans, hanc perficit, impletque possibilitatem, cum illam ad actum applicet. Iustus non solum, sed omnibus etiam hominibus possibilitas est, ut mandata Dei servent (12). Deus enim impossibilia non jubet, sed jubendo movet, & facere, quod possit, & petere, quod non possit, & adjuvat, ut possit, juxta Sacrosancti Tridentini Concilii definitionem (13). Liberum ergo est omnibus, nedum iustis, praepcepta Dei servare, licet ii absque gratia illa servare non possint; quod enim per nos nequimus, per nostros, qui Philosophi sententia est, amicos postumus. Egratus, qui valetudine sua deambulavit, alicui incoluni, robustoque innoxius & deambulabit, & ascendet. Infirmitas ex natura sua liberum arbitrium est, & imbecilliter ob peccatum. Nullum supernaturale bonum, nullum pietatis actum propriis viribus suis facere potest. Medicinalis autem Jesu Christi gratia necessaria est ad illud medendum, erigendumque: utpote quod omnia potest in eo, qui illud confortat juxta S. Pauli sententiam: (14) Omnia possum in eo, qui me confortat. Sufficientes illi donat, aut offert Deus gratias ad praepcepta observanda; & haec sufficientes gratia nunquam iusto deficiunt. Potest ea ergo ille servare: sed non servare ea potest, quia liber est. Gratia ex se efficaci necessaria illi est, ut ea recipiat fervet; sed ei tum etiam possibilitatem conservat, in qua prius erat, illa non servandi. Errat igitur, & falluntur, qui credunt, necessarium

(1) XII. P. Danielis Visio. (2) VIII. Epist. ad P. Alex. pag. 13. 14. 15. & 16. (3) III. Argumentum. (4) Dei praepcepta non sunt impossibilia iustis tum etiam, cum efficacax gratia ipsi deest. (5) Lib. de Nat. & Grat. cap. 22. (6) Licet gratia sufficienti veram possibilitatem tribuat; gratia tamen ex se efficaci & absolute necessaria ad omnes pietatis actus. (7) S. Aug. Lib. de Grat. & Lib. Arb. cap. 15. ait: Pro hanc etiam fit, ut ipsa bona voluntas, quae jam esse coepit, augeatur, & tam magna fiat, ut possit implere divina mandata, quae voluerit, cum valde perfectaeque voluerit... tunc enim utile est velle, cum possimus; & tunc utile est posse, cum volumus. (8) Lib. de Grat. & Lib. Arb. cap. 16. (9) Lib. de Grat. & Lib. Arb. cap. 12. (10) Lib. 1. ad Simplic. quest. 2. (11) Lib. de Grat. Christi cap. 23. (12) Dei Praepcepta non sunt impossibilia iustis. (13) Sess. 6. c. 1. (14) Ad Philip. cap. 4. v. 13.



ariam illi esse prevententem, efficacemque Dei motionem, ut ad obedientiam, & a fide deficiat. Nunquam Thomista, aut Catholicus hoc est opinatus. Cum bonum operantur homines, hoc, quidquid est, Gratia duntaxat debet: cum vero deficient, malumque perpetratur, ipsorum malitiae culpa est, & incondantia. De sua voluntate (1) mutabilitate, si deficiat: de gratia opulentiore, si proficit, quidam inter preciosos Patres asseruit. Illiusio mentis illius est, qui credit, prevententem Dei motionem ad obsequium gratie esse necessariam. Gratia resistit nihil aliud est, nisi peccatum. Auxilium Dei ad peccatum perpetrandum requiritur? Solem, absque quo cum eo simul lucem etiam videamus, nunquam percipimus; sed cum oculos, luci illius claudimus, & in preceps labimur, infans nec ne est, qui Solem dixerit causam esse, qua & lapsi sumus, & oculos clausimus? Equidem miteor, RR. PP. mei, vestri P. Danielis, qui ita ratiocinatur; & quam in tertio suo contra Thomistas argumento acris iudicii inopiam offendit, hanc & in hoc, quod ego nunc proferam, invenimus. P. Daniel habet bircutum quadratum: ergo precepta Dei servari nequeunt. Ea prima consequentia. Ergo libertas necessitati agendi opposita necessaria non est. En secunda. Ergo efficaci gratia reluctare non possumus. En tertia.

Decima quinta P. Danielis Visio est (2), quod in praedeterminatum decretorum systemate Deus & homicidium, & aliorum omnium peccatorum auctor sit, eodem prout passio, quod e. g. auctor est actus fidei. En uti ratiocinatur. (3) Homo ex se indifferens est & ad actum fidei, & ad homicidium. (4) Deus illi utrumque perficiendi praedeterminationem physicam, efficacemque potest imperare. (5) Praedeterminationem physicam hodie ad actum fidei et suapte donat, & cras eandem ad homicidium elargitur. Hec secunda praedeterminatio eodem cum homicidio conjungitur modo, quo cum actu fidei praedeterminatio prima. Eodem decernit modo Deus alterum illi praebere, quo alterum. Eodem inquit modo, eodemque modo determinat illum ad agendum per primam, ac per secundam suam praedeterminationem. Auctor igitur & homicidii & actus fidei est Deus. Sic, RR. PP. mei, Socius vester ratiocinatur.

Petit, ne in ejus argumentationis confutatione adferamus concursus illius, quo Deus motionem in hominem producit, perquam possit alterum necare. Vellem gratificari, & liberari et gratificari; et fortissima haec ratio est, & aptissima ad ejus ratiocinium detegendam fallaciam, ut ea pro veritate quam tuetur, uti recusem. Porro P. Daniel libenter concedit, Deum producere cum homine motum illum, quo homo gladio uri, coequaliter transfodere potest. Essentialem hic concursus unionem habet cum homicidio; ergo Deus homicidii est auctor. Ad vero contra eum hoc argumentum facit, quod contra Thomistarum systema argumentum ab ipso P. Daniele confidit. Utrumque alio modo componam. Praevidet media scientia Deus, quod si his, vel illis in circumstantiis auxilium alicui homini praestet, hic actum fidei eliciat, in aliis autem circumstantiis homicidium patribi. Deus ex se hodie ad actum fidei concursum decernit, cras vero ad homicidium; & secundus hic concursus tam essentiali cum homicidio, quam primus cum fidei actu unionem habet. Quam legem sibi fancivit Deus homini primum concursum praebendi, hanc sibi et secundum praebendi fancivit, juxta systema vestrum & in actu fidei, & in homicidio Deus simili ratione agit. Adferat validum mihi P. Daniel argumentum, quo innixus dicit, Deum actus fidei auctorem esse, non vero homicidii. Attulisse jam, arbitror; sed haec responsio mihi ad ejus dilectum argumentum vel maxime inferviet. Ipsius armis utar, ut ejus cadant tela; & illi deinde fallaciam ostendam.

Universalis & prima causa Deus est. Cum ad agendum, vel non agendum, indifferentes, & indeterminatae causa omnes secundariae, & particulares sint, non enim semper agunt, eorumque actus ad earum existentiam distinguuntur, quae actus non est, sicuti actus est existentia Dei hinc fit, quod operari nequeant, nisi determinentur, moveanturque a prima causa. Ego, causas liberae fere moveo, atque determinare; sed cum earum motus, ac determinatio subordinatam habeant, & dependentiam a motione, determinationeque divina;

intelligi nequit, quomodo moveantur, & determinentur, absque quo Deus in ipsis agit; secus enim essent prima sine determinationis causa. Ex ita qui loquuntur, loquuntur profecto Manichaeorum more, qui duo statuebant prima principia, Deus itaque universalis causa, absque motione cujus nulla potest particularis causa, & secundaria aut agere, aut determinari, haec enim determinatio actus, Deus, inquam, legem sibi fecit, qua secundarias causas, deus earum naturam moveat, & earum libertatem causam juxta earum determinet. Et haec supposita lege, quam sibi fancivit Deus, adest semper ejus motio omnibus liberis causis juxta naturalem suam providentiam oeconomicam. (6) Post sunt ipse ad hanc, vel ad illam actionem esse determinare; sed ex se ad pias, sanctasque actiones determinari nequeunt. Et Semipelagianus profecto est, qui affirmat, sicut P. Daniel, vestrique asserunt Theologi, voluntatem primam esse suam ad actum fidei determinationis causam eodem quo causa prima est ad homicidium. Hic fallaciae responsio P. Danielis apparet. Audiat ille Cardinalis Toletum, qui (7) asserit, juxta S. Augustini doctrinam necesse esse, ut totum gratia tributur in pietatis actibus, qui Deus facit ut homo cooperetur, & determinat liberum ipsius arbitrium, quia et dat, ut velle possit, & facit, ut velit. Augustinus exprimat totum esse Gratia, quia Deus facit bonum cooperari; & determinat arbitrium hominis, quia dat, ut velle possit, & facit, ut velit.

Item porro malorum non est operum (8). Sola voluntas ex se determinatur. Nullo modo est Deus auctor peccati, cujus non est, nisi causa. Verum enim est, duo animadvertenda esse in omnibus peccatis, quae actione perpetrantur, ut in homicidio; alterum est actionis ratio, ex gr. motus, quo quis forum in alterius corpus impellit; alterum vero malitia, turpitudine, & actionis ipsius deformitas. Ratio actionis, & motus, quo illa completur, sunt, entia, quae aliunde in agentem dimanant, quae consequenter a primo Ente, & a prima causa pendunt. Sed non in motu, quo actio peccaminosa completur, peccatum consistit; nullumque nexum essentiali, five necessarium cum peccato motus illi habet. Eadem enim actio, quae peccatum esse potest, peccatum quidem non est, si vel in non iniquo bello fiat, vel publica auctoritate patretur, vel si per eam ab iniusto aggressore mortem nobis intentante non metipsum treasurum, cum non secus lethalem idem figere possimus. Sed illo peccatum committitur, quae ratio violatur actio, quae a Deo averitur, ejusque legi non obedit, qui illud committit. Omnis qualitas, inquit (9) S. Anselmus, & omnis actio, & quaecumque aliquid habet essentiam, a Deo est. Facit igitur Deus omnia, quae vult, vel in ipsa voluntate sua, id est bona opera, & mala, in bonis quidem factis quod sunt, & quod bona sunt; in malis vero factis, quod sunt, sed quae quod mala sunt. Pessime igitur ratiocinatur, qui perinde ac rectum confestarium deducit, Deum esse non posse auctorem alicujus mali operis, quatenus in suo esse consideratur, & in motu, quo completur, quin ad malitiam & moveat, & determinat voluntatem. Sentiat autem P. Daniel, me illius uti visum fere verbis, ut ei respondeam, peccat qui causa universalis Deus est, ipse determinat, moveatque hominem ad hanc illamve actionem in suo esse duntaxat consideratur, & in motu, quo perficitur; cum eodem tempore actionem ipsam, cum malitiam, & legi contrariam, prohibeat. Homo vero ex se ad actionem malitiam determinatur, & unica, primaque est ejus causa. Sua Deus illum motione preventit, non ut peccet, sed tantum ut agit infelix, qui bono Creatoris abutitur ad eum laedendum, semetque perdendum.

Non hoc quaestio in usus. (10) Licet autem haec Theologia non difficile pateat, appetentem tamen familiaribus eam reddam exemplis. Deo in claudo de ambulaate adnotanda sunt, motus, & motus ipsius deformitas, irregularitas, atque vitium. Non utrumque horum essentialiter conjungitur, non enim qui ambulat, claudicat omnes. Eius anima motus causa non est, non quidem vitii; ejus efficitur anima, ut ambulet, non ut claudicat. (11) Anima prima causa est, qua & non ut claudicat, qui jam directus progreditur; veatur, & recte incedat, quae ipsa quidem itinere in illo vero qui claudicat, causa est ipsa quidem itinere ejus, actio enim haec est, quae vix vocatur, non imperfectionis, vitium, quod ab aruum infirmitate, nec-

nervorumque imbecillitate proficitur. Pueri manum praecceptor dirigit, ut ille scribere discat. Scriptura incondita est, litterae incompositae, non recte litterae, charta tractata passim forata. Magistri ne, non vero discipuli, est culpa? Haud agere intelligitur, magistrum pueri dirigere dexteram, ut discere scribat: deformitas scripturae, ejusque vitium a discipulo est, qui eam Magistri regit, & exemplo respondente non perfit. Hinc merito S. Augustinus (1) ait: Si impius Sacerdos hostiam conlecerit, ut SS. Sacramento ad magicae pertractanda utatur; planum profecto est, consecrationem Jesu Christi opus esse, sacrificium vero hominis tantum. Hujus linguae, voluntatemque movet Deus ad Sacramentalia profertenda verba, non vero ad sacrificium perpetrandum. Eodemque prout pacto potest intelligi, Deum hominis voluntatem moveat ad id quod in actione peccati in ejus esse physico, ejusque naturali bonitate considerari possunt, quia illam moveat ad turpitudinem, & ad malitiam peccati ipsius, ejusque auctor sit. Omnium entium auctor est Deus, ceti prima eorum causa efficiens; & omnia propter semetipsum operatur est Dominus (2) cetera propter alium eorum finem. Porro peccatum non est quid existens, sed tantum privatio; & quae nihil a Creatore deficiens, est a Deo defectio; & sicut Deum veluti finem habere nequit, ita ne veluti principium quidem. Causam nullam efficientem habet, sed tantum deficientem; & homo prima deficiens ejus causa est: ipsius libertas primum principium est, quod eum ad malum impellit, & determinat. Quoniam liberum arbitrium (3) inquit S. Augustinus, ad malum sufficit, ad bonum autem parvum est, nisi ab omnipotenti bono adjuvetur. Et Tridentinum Concilium ait (4): Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari, non permittit se, sed per se, adeo ut sit proprium esse ipsius non operari proderit, quam vocato Pauli, anathema sit. Thomista, & Catholice omnes cum Concilio hoc Calvini blasphemiam damnant, qui Juda praedilectionem Deo tribuit, & eum eodem Concilio hanc fidei veritatem asserunt, verum Dei opus fuisse Pauli conversionem (5). Hanc & Pelagiani, & Semipelagianam damnabant haerem, sed hanc & ipsi Catholicam oppugnant veritatem: autumant enim esse quidem S. Pauli conversionem liberi ejus arbitrii opus est P. Danielis, Theologorumque vestrorum doctrina annon Semipelagianorum errori similitudinem praefert? Opinabantur si enim, hominem pariter determinare generaliter Dei concursus ex se indifferenter vel ad actum fidei, vel ad homicidium patrumque; adeo ut fidei actus eodem modo hominis opus sit juxta systema vestrum, ac homicidium, & peccatoris conversio proprie loquendo fit opus ejus liberi arbitrii, sicut liberi arbitrii Jude ejus proderit fuit.

(6) Ceterum hic articulo neque, RR. PP. mei, finem imponere, absque quo vobis ostendam, quantum hoc, de quo nunc loquimur, P. Danielis contra Thomistarum systema argumentum recte esse Pelagianorum, & Semipelagianorum contra S. Augustini, & Catholice Ecclesiae doctrinam arguere. Sic argumentabatur contra S. Doctorem Julianus (7): Si peccato originali obnoxii nascerentur pueri, esset profecto Deus peccati auctor. Ipse enim corpus creavit, sexus distinxit, si mulque conjunxit, ut nascerentur infantes. Peccatum si igitur ex his sequitur (id quod intelligi nequit) peccati certe Deus erit auctor, cum quo necessarium habet generatio nexum.

Id S. Augustinus hinc haeretico argumento respondet, quod peccus mutatis, ego P. Danielis argumento respondi. Duo in conceptu infante animadvertenda occurrunt, natura, & peccatum. Ut homo, fructus bonorum, & quorum auctor Deus est, putari debet, sed non ut peccator. Malum, quod in eo esse, a quo Salvator eum sanx, liberat Redemptor, solvit exorcismus, purificat Baptisma, dealbat pretioso Sanguine a Jesu Christo in remissionem peccatorum fuso; hoc malum, inquam, corpus, sexum, matrimonii fructus non est, quorum auctorem fatetur Deum, sed peccati tantum Adami. Deus ergo nequaquam homines creat, ut diaboli familia, imperiumque augeat. Nat. Alex. Opusc.

tur, sed ea dilectione, qua cetera creat omnia, & qua servat; quaque obstat, quominus in nihilum redeant. Eadem ratione, qua animalia in Idololatram regionibus non creat, ut ea ipsi Daemonum ma-; sic licet noverit, futuros Adami filios in peccato conceptos, creat tamen voluit juxta pulcherrimum, universi ordinem, quem ad aeternum disposuit. Sic ubi generationem peccato carnis obnoxiam, secundum pulcherrimum, quem disposuit, videtur fecerunt, non non abstraxit ad ejus conditionem bonitatem. Praevidit Deus, quod si hominem motione sua praevenerit, & afficeret, ut ageret, homo peccaret; sed fidei dilectione fecit nihilominus, ut ageret secundum pulcherrimum, quem ejus providentia in Mundo decrevit, ordinem. Et sicuti auctor naturae, generationisque hominis est, absque quo peccati originalis, quod conceptionem sequitur, sit auctor, peccatum enim naturale ens minime est, sed morale, non substantia, sed privatio; sic consequenter omnium illarum rerum auctor Deus est, quae sunt, omniumque motum, nec non naturalis illius bonitatis, quae in peccaminosis actionibus reperitur, quin ipse auctor sit peccati.

(8) Item argumentum contra S. Augustini, & Ecclesiae doctrinam obiciebant Semipelagianii, quod contra Thomistarum systema P. Daniel auctor. Cum sit Deus auctor, dicuntur ii, praedeterminationis, atque decretorum, quae hominum voluntates preventiunt, & rectum confestarium illicum est, qui asserunt, adultaria, incestus, & homicidia idem patris, quia Deus haec fieri decreto suo statuit; & consequenter Deum peccati esse auctorem. Omnibus haec doctrina, praeterquam D. Augustino, & ejus Discipulis, videretur postissima.

S. Prosper vero (9), sic doctrinae huic respondet, ut adversarius suis Thomista, Blasphemia esse afferere Deum ejusque perditae voluntatis, & conjugie impii operis esse auctorem. Ejus praedestinatio, & decreta nil aliud sunt, quam ejus misericordia, & justitiae effectus. Omnes Dei vias misericordia sunt, & veritas. Minime decretis suis jubet adultaria, homicidia, incestus; haec omnia e contrario videtur, & damnat, illisque penam minatur. Quando homo peccata evitat, & bonum agit, Deus est, qui gressus ejus dirigit, viamque ejus approbat. Sed causa peccati illorum non est, qui rebus declinat via, non causa malitiae cupiditatum, quae ipsi agitatur, non denique illius recti ordinis violationis, quae a lege peccatoris defleat. Non ejus praedestinatio, vel decretum ad peccata eos permovet, excitat, ducit, impellitque; sed immutabili suo decreto praedestinavit, determinavitque iudicium de retribuendis bonis, vel malis unicuique secundum opera ejus. Porro hoc nunquam profecto a Deo iudicium fieret, si homines, quia Deus vult, peccarent. Permittit igitur peccatum Deus, non tamen homines ad illud determinat. Fieri non potest, quod qui peccata ab hominibus auferit, in ea deinde illos precipiat. Si quis in Deo vivit, si in virtute proficit, si in bonis operibus perseverat; manifestum certe est, hoc esse Dei donum, cujus deficiente gratia, nullum peccatis opus fieri potest. Ad contra si a virtute declinat homo, & in vitia labitur; minime Deo ejus peccata causa est tribuenda; non enim Dominus tentat, non illum deiecit; cum primum non ipsum Deum derelinquat homo: & saepe saepe gratia sua efficit, ut homo Creatorem suum deserat, vel si jam decesserit, efficit, ut ad eum iterum redeat. Sed cur impediatur, quominus hic labatur, & non ille, hoc percipi nequit, nec licet percurari. Satis sit non igno-; rare, Deum esse, qui nos in bono agendo confirmat, & quod non ipse efficit, ut labamur. Cum scire sufficit, & ab illo esse, quod statur, & non ab illo esse, quod vitatur.

Decima sexta P. Danielis Visio est (10), gratiam suapte efficacem in Thomistarum systemate esse (11), si adestem non comprehendibilem, ad illustrationem, & inspirationem divina distindam, quae physice voluntatem ad actionem praedeterminat, ad quam ipsa sic hominem impellit, ut explicari, excogitari nullo modo possit.

N Pro-

(1) Lib. Quaes. lxxxii. quesi. 21. Quisquis omnium, quae sunt, auctor est, & ad cujus bonitatem id tantum pertinet, ut sit omne, quod est, non esse ad eum pertinere nullo modo potest. Omne autem, quod deficit ab eo, quod adest, esse esse. Quocirca mali auctor non est, qui omnium, quae sunt, auctor est; quia in quantum sunt, in tantum bona sunt. (2) Prov. cap. 16. v. 4. (3) Lib. de Corrupt. & Grat. cap. 11. (4) Sess. 6. can. 6. (5) Juxta Molinistarum principia sunt conversio, & peccatum hominis opera. (6) Quatuor P. Danielis argumentum non est, nisi illorum iteratio, quae olim Pelagianis, & Semipelagianis attulerant. (7) Apud S. August. Lib. 3. contra Julianum cap. 9. (8) Objectiones Vincentiane 10. 11. & 14. (9) In resp. ad Object. Vincent. 10. 11. & 14. (10) XVI. P. Danielis visio. (11) VIII. Epist. ad P. Alex. pag. 23.

(1) Anst. Lib. de Vocacione Gent. Lib. 2. cap. 26. (2) XV. P. Danielis Visio. (3) VIII. Epist. ad P. Alex. pag. 17. 18. 19. & 20. (4) IV. Argumentum. (5) Deus non est peccati auctor, licet homo operari nequeat sine Dei motione. (6) Voluntas ex se ad pietatis actus determinari nequit. (7) Anst. & in cap. 14. Epist. ad Rom. (8) Voluntas ex se sola ad peccatum determinatur. (9) Tract. de Concord. Gratiae, & Lib. Arb. cap. 7. (10) Virgilius. (11) S. Thomas in prim. sec. quesi. 79. art. 2.



Propheta vester errat quidem, RR. PP. mei (1). Enim vero gratia suapte efficit in Thomistarum systemate qualitas non est in anima hominum a Deo impressa. Simul est illustratio, informatio, auxilium, motio preveniens, excitans, auxiliatrix, medica, victrix, quae spiritui lumen accendit, quae cor penetrat, quae sanat, & corrigit voluntatem, quae in ipsa operatur, & ad libere cooperandum eam adducit. Motio eodem tempore physica, & moralis; physica, quia Deus proprie, revera, & immediate voluntatem sua gratia movet; moralis, quia gratia boni speciem nobis detegit, quod ab ea adjuti agimus, & diligimus. Haec gratia virtus est Omnipotentiae Dei, quam in cor hominis inducit media Spiritus Sancti infusione, atque inspiratione, ut artis virtus in artificis manus devenit medio instrumento, quo ad agendum utitur. Applicatio est voluntatis ad actionem; finis, & perfectio possibilitatis a Deo nobis tribuere gratia habituali, sive sufficienti, vel utrique una conjunctis opera supernaturalia, & pietatis perficienda, uti necesse est ad aeternam consequendam salutem. Est tandem victrix delectatio, quae facit, ut sub omnipotentis Dei manu majorem in adimplenda ipsius lege, quam in affectibus satisfaciendis voluptatem reperiamus. Sic, ut ego censeo, sentit & Augustinus, sentiunt & Concilia Tridentinum, & Arausicanum, S. Thomas denique, ejusque Discipuli. Hoc si P. Daniel, vestrique Theologi minime intelligunt, nec mihi haec gloria est. Stultorum est credere, omnia patere. Secreto gratia sua agit in nobis Deus, modo admirabili, ineffabili, supernaturali, ut milles (2) S. Augustinus testatus est. *Interna, atque occulta mirabili, atque ineffabili potestate... valde remota a sensu-*

*bus carnis (3). Negari ne debet, quod indubium non est, quia, cum sit occultum, comprehendij nequit? Nominis quid negandum est (4), quod apertum est, quia comprehendij non potest, quod occultum est?*

Valete, RR. PP. mei. Jam tempus est, me ad hiberna recipere: sed pateat vobis, quod dum vos valere jubeo, P. Danieli, & ejus Sociis promitto, quod si eorum scribendi Libellos, Epistolas, & alia contra P. Alexandrum, & Thomistas opuscula, cachoetes pergerit, mihi non ultra respondere persuasum est. Doctoris hujus, vel Thomistarum Apologista non sum ex aliquo, quod mihi commissum sit, id efficiendi muneris. Plerique inter eos eruditi, sapientisque Theologi sunt, qui me majores & doctrina, & facundia se se defendunt. Aderunt ipsi, tum cum Socii vestri valide eos aggredientur, & contra eorum doctrinam, cum Doctorum approbatione, & cum privilegio opus edent refutatione non indignum. Quod si contra legem pergent pugnam, & Domini verbo, SS. Patrum doctrina, Pontificum Decretis, Conciliis, firmissimis denique rationibus, & argumentis inanes Logicae, & Metaphysicae subtilitates, & sophismata longa verborum ambage Velites vestri opponent, illi, qui legent, judicabunt. Interim debita vestrum ratione habita &c.

*Adm. Rev. Paternitatum vestrarum*

Lovanii 10. Decembris 1697.

*Humillimus, & Addictissimus Famulus*

(1) Quid sit gratia efficit in Thomistarum systemate. (2) Lib. de Grat. Christi cap. 24. (3) S. August. de Praedest. Sancti. c. 8. (4) S. August. de Dono Persev. cap. 14.

FINIS.





